



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

Ricci, Bartolomeo

Mogvntiæ, 1605

3 De remediis præseruatiuis ab ariditate spirituali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)

Quod si nolueris audire Vocem Domini Dei tui, ut facias omnia mandata eius, sit cælum, quod super te est aeneum, & terra, quam calcas, ferrea. Det Dominus imbrem terra tue puluerem, & de cælis descendat super te cinis, donec conteraris. Vnde religiosi duo possunt accipere documenta. Primum est, quod cum habeant præter leges Dei omnibus fidelibus communes speciales quasdam à Fundatoribus suis acceptas, si eas non obseruent, eos timere debere hanc sterilitatem orationis. Alterum est, obseruandas esse omnes leges & regulas æque paruas ac magnas, quia dicit OMNIA. Itaq; quoties religiosus deprehēdit se aridum in Meditationibus, sedulo examinare debet, an paruērit omnibus regulis: si enim non paruērit, nihil mirari debet se ariditatem pati.

*De remediis præseruatiuis sterilitatis
spiritualis.*

C A P. III.

LUC. 16. S LUCAS narrat Dominum laudasse *Sclerum iniquitatis, vel iniquum, eo quod prudenter fecisset, & subiungit, quod est pro nobis, quia filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua, indicans homines se-*

nes seculares non degere vitam inconsideratè, sed impendèribus necessitatibus multo ante prospicere. Iam si verum est, quod est verissimum, *quæcunq; scripta sunt, ad nostram utilitatè scripta esse*, credere debemus *Rom. 15.* Christum Dominum idcirco nobis proposuisse exemplum callidi illius villici, vt doceret nos vigilantes esse & prudètes in præcauendis necessitatibus antequam accidant, & remedia quædam præseruatiua usurpemus, ne labamur in ariditatè aliquam spiritualem.

PRIMUM remedium respondens primè ariditatis causæ est, nullo modo credere ob difficultatem quæ initio Meditationum solet incidere, eam esse vnam ex illis, ob quas hoc sanctum exercitiũ tandem à quibusdam deseritur. nam vt experientia constat, nulla ars, scientia, vel exercitium est, cuius principia non videantur difficilia, quæ tamen vsu paulatim euadunt facilia. Omitto, te, esto quod ex illis fores, confidere nihilominus debere in Deo, quippe *qui potens* *Lus. 4.* *sic, vt idem B. Lucas habet, de lapidibus facit are filios Abrahæ.* hoc est cerebrum nostrum durum emollire ad meditandum, vt videmus in multis simplicibus & fœminis & rusticanis hominibus factum. Et S. Ioan. *Ioan. 6.*

nes

nes dicit. *Et erunt omnes docibiles Dei.* Cum ergo Deus sit magister noster, potest quemlibet licet idiotam, hanc diuinam scientiam docere. Immo S. Thomas Aquinas docet in simplicibus & mulieribus deuotionem magis abundare, quam in doctis, eo quod illi minus quam hi confidant suis viribus. Quod & David mysticè prædixisse videtur, dum ait. *Posuit desertum in stagna aquarum, & terrã sine aqua in exitus aquarum.* Et sequitur. *Et collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitatem habitationis, seminauerunt agros, & plantauerunt vineas. & fecerunt fructum natiuitatis,* id est, fructum ibi natum, & non aliunde importatum.

ALTERVM remedium pro ingeniositate tam ex primo, quam ex secundo genere, efficax erit, si norint facere bene, & curiositatis alas, aliarumque vanitatum demittere, ac se piis deuotisque contemplationibus dedere: sic enim impetrabunt non solum modo, sed etiã imbres magnos celestis deuotionis, quib. irrigata anima sanctarum cogitationum multitudinem germinabit. Atq; id eo poterunt sperare securius, quo instãtius fores diuinas in suis precibus pullabunt, sicut Elias exorauit pluuiam

Tho. 22.
q. 82. a. 3.

Psal. 106.

viam ingētem, qua terra perfusa fructuum
 copiā produxit. *Et rursus, inquit S. Iacob. Iac. 5.*
travit, & cælum dedit pluuiā, & terra dedit
fructum suum. Nec debent despondere ani-
 mum, si sterilitati suæ per siccas & aridas
 speculationes occasionem dederint: nam &
 Elias causa siccitatis materialis extitit. *E-*
lias orauit, inquit idem Apostolus, & non 3. Reg. 17.
plueret super terram, & nō pluit. Neq; etiam *& 18.*
 fastidio esse debet, vitium idem ex diutur-
 no vñ vanarum curiosarumque cogitatio-
 num esse inueteratum, quia & siccitas illa
 Eliæ diuturna fuit, cum durarit annos tres
 & menses sex, cum videretur fieri non pos-
 se vt attractis è terra siccissima vaporibus
 effunderetur de cælo pluuia. Sed nec idèd
 desperare possunt de emendatione, quod
 toto pectore quondam se dederint istis va-
 nis speculationum secularium illecebris,
 quia & Elias toto pectore pro illa siccitate
 terræ Deum deprecatus est, vt geminatione
 illa significauit B. Iacobus, dicens. *Oratione*
orauit. Nec denique suam imperfectionem
 prætexere debent, vel profiteri se indi-
 gnos, qui exaudiantur, quia huic exceptio-
 ni disertè videtur occurrere voluisse Apo-
 stolus, cum ita præfatus est. *Elias homo erat*
similis nobis passibilis.

DENIQ.

Denique homines sensuales, & voluptatibus huius seculi addicti etiam antegressum remedium, si vitam emendare cogitēt, vsurpare debent. Deus enim non solum exsiccauit flumina, sed etiam mare teste Dauid. *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim.* Quanquam dubium non est postulari à Deo in hac re ipsorum quoque industriam, & cooperationem, cum dicat Dauid ibidem. *Seminauerunt agros, & plantauerunt vineas.* Quae cooperatio vicem subit fossarum & sulcorum, per quos aquae decurrant in mare. Volo dicere, tui muneris esse omnes defugere recreationes, & noxiorum conuentuum occasiones. Nam sicut ciborum lautitiae merito impediunt gustum rerum spiritualium. *Delicata enim non datur admittenti alienam.* Sic immoderatio potus & cibus offuscat naturaliter intellectum, vt contemplationi rerum diuinarum se dedere non possit. *Quotidiano enim, ait B. Leo, dilectissimi experimento probatur potus satietate aciem mentis obtundi, ciborum nimietate vigorem cordis hebetari.* Et mox hoc addit antidotum. *Quamuis enim sine anima nihil caro desideret, & inde accipiat sensus, unde sumit & motus, et si demittat*

*Leo serm.
2. de ieiunio,*

men est anima quadam sibi subdita negare
 substantia, & interiore iudicio ab inconueni-
 entibus exteriora frangere, Et à corporeis cupi-
 ditatibus sapius libera in aula mentis possit
 diuina vacare sapientia, & ubi omni strepitu ter-
 renarum silense curarum in meditationibus
 sanctis, & in deliciis latetur aternis.

De remediis contra causas externas
 sterilitatis spiritualis.

C A P. IV.

DIXIMVS negligentem soli culturam in
 duobus sitam, nempe, quod non arare-
 tur, & impinguaretur. Remedium ergò su-
 memus ex similitudine diligentis culturae.
 Qui enim diligenter agrum colit, primum
 solet euellere spinas, & stirpes inuiles, de-
 inde eiicere lapides, qui labores impediunt,
 ac demum aratro profcindere. Vt igitur ad
 rem veniamus; id in primo remedio, & se-
 quentibus agemus, vt varias virtutes mon-
 stremus homini spirituali necessarias ad re-
 ctè meditandum. Euulsio itaq; illa spina-
 rum ex agro, indicat mortificandas nobis esse
 animi perturbationes. Christus enim apud
 Mattheum declarauit amorem esse spinam
 G g semen